sumpsisse Initium praefigurat. Quarta iohannem euan
gelistam quia adsumptis pinnis aquilae ad altiora festinans
deuerbo dei disputat. cetera quae secuntur. In eundem sensum
proficiunt. crura eorum recta. & pinnata pedes. & quo cumque
spiritus ibat. ibant & non reuertebantur. & dorsa eorum plena
oculis. & scintillae ac lampades. In medio discurrentes. & rota
in rota. & in singulis quattuor facies. Vnde & apocalypsis
iohannis. post expositionem uiginti quattuor seniorum
quae tenentes citharas & fialas. adorabant agnum dei. Intro
ducit fulgora & tonitrua. & septem spiritus discurrentes. & mare
uitreum. & quattuor animalia plena oculis dicens. Animal
primum simile leonis. & secundum simile uituli. & tertium
simile hominis. & quartum simile aquilae uolanti.
& post paululum. plena inquit erant oculis. & requiem
non habebant die ac nocte dicentia. sanctus. sanctus. sanctus. dominus deus om
nipotens. qui est & qui erat. & qui uenturus est. equibus
tantum cunctis perspicue ostenditur. quattuor tantum
debere euangelia suscipi. & omnes apocriforum nomina
mortuis magis hereticis quam ecclesiasticis uiuis conuenire.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscbibl93/0008